JULY 9.

SS. JOHN FISHER AND THOMAS MORE, MARTYRS.

Double of the first Class.

AT FIRST VESPERS.

All from the Common of Martyrs except :

℣. In patiéntia véstra.
℟. Possidébitis ánimas véstras.

At Magn. Ant. 1. g



A -sti- té-runt * jústi ante Dómi-num, et ab

ínvicem non sunt sepa-rá-ti : cá- li-cem Dó- mini bi-

bé- runt, et amí-ci Dé-i appel-lá-ti sunt. E u o u a e.

Cant. Magníficat. 1. g. — *Prayer.* Deus, qui beátos. *as below.*

AT LAUDS.

All from the Common of Martyrs except :

℣. Précibus et méritis beatórum Joánnis et Thómae.
℟. Propítius ésto, Dómine, pópulo túo.

At Bened. Ant. 1. g



I -sti sunt Sáncti, * qui pro Dé-i amó-re

N° 2793.



mínas hóminum contempsé-runt. O quam pre-ti- ó-sa



est mors Sanctórum! qui assídu- e assístunt ante Dómi-



num, et ab ínvi- cem non sunt sepa-rá- ti. E u o u a e.

At the Little Hours, *all from the Common of Martyrs.*

AT MASS.

Intr. 2.



MUltae * tribu-la- ti- ó-nes ju-stó- rum, et de his



ómni-bus libe-rá- vit é-os Dómi- nus : Dóminus cu-



stó- dit ómni- a óssa e- ó- rum : ú-num ex his



non conte- ré- tur. *T. P.* Alle- lú- ia, alle- lú- ia.



Ps. Bene-dí-cam Dóminum in ómni témpore : * semper laus



é-jus in ó-re mé- o. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Collect.

DEus, qui beátos Mártyres tuos Joánnem et Thomam, verae fídei et Románae Ecclésiae principátus propugnatóres, inter Anglos suscitásti : † eórum méritis ac précibus concéde ; ut ejúsdem fídei professióne, * unum omnes in Christo efficiámur et simus. Per Dóminum.

Lectio libri Machabaeorum. *2. Mach. Cap. 6, 18-28.*

IN diébus illis : Eleázarus, unus de primóribus scribárum, vir aetáte provéctus, et vultu decórus, apérto ore hians compellebátur carnem porcínam manducáre. At ille gloriosíssimam mortem magis quam odíbilem vitam compléctens, voluntárie praeíbat ad supplícium. Intuens autem quemádmodum oportéret accédere, patiénter sústinens, destinávit non admíttere illícita propter vitae amórem. Hi autem qui astábant, iníqua miseratióne commóti, propter antíquam viri amicítiam, tolléntes eum secréto, rogábant afférri carnes quibus vesci ei licébat, ut simularétur manducásse, sicut rex imperáverat, de sacrifícii cárnibus, ut hoc facto a morte liberarétur : et propter véterem viri amicítiam hanc in eo faciébant humanitátem. At ille cogitáre coepit aetátis suae eminéntiam dignam, et ingénitae nobilitátis canítiem, atque a púero óptimae conversatiónis actus; et secúndum sanctae et a Deo cónditae legis constitúta, respóndit cito, dicens praemítti se velle in inférnum. Non enim aetáti nostrae dignum est, inquit, fíngere, ut multi adolescéntium arbitrántes Eleázarum nonagínta annórum transísse ad vitam alienigenárum, et ipsi propter meam simulatiónem, et propter módicum corruptíbilis vitae tempus decipiántur ; et per hoc máculam et exsecratiónem meae senectúti conquíram. Nam, etsi in praesénti témpore supplíciis hóminum erípiar, sed manum Omnipoténtis nec vivus nec defúnctus effúgiam. Quam ob rem fórtiter vita excedéndo, senectúte quidem dignus apparébo, adolescéntibus autem exémplum forte relínquam, si prompto ánimo ac fórtiter pro gravíssimis ac sanctíssimis légibus honésta morte perfúngar. His dictis, conféstim ad supplícium trahebátur.

Grad. 3.



A C- cé- di-te * ad é- um, et il-

lumi- ná- mi- ni, et fá-


ci- es véstrae non confundéntur.
℣. O-cu-li Dómini
super jú- stos, et áu-
res é- jus
in pré- ces * e-ó-rum.
1.
AL- le- lú- ia. * ij.
℣. Haec est ví-ta ae-tér-
na, ut cognó- scant te só-lum Dé- um
vé- rum, et, quem mi- sí-



After Septuagesima, the following Tract is said instead of the Allelúia *and its Verse :*

In Paschal Time, the Gradual and Tract are omitted. The Allelúia, allelúia. ℣. Haec est vita aetérna, *and then the following :*

8.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.
Joann. 10, 23-28.

IN illo témpore : Ambulábat Jesus in templo in pórticu Salomónis. Circumdedérunt ergo eum Judaéi, et dicébant ei : Quoúsque ánimam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respóndit eis Jesus : Loquor vobis, et non créditis. Opera quae ego fácio in nómine Patris mei, haec testimónium pérhibent de me. Sed vos non créditis, quia non estis de óvibus meis. Oves meae vocem meam áudiunt et ego cognósco eas, et sequúntur me : et ego vitam aetérnam do eis, et non períbunt in aetérnum, et non rápiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, majus ómnibus est, et nemo potest rápere de manu Patris mei. Ego et Pater unum sumus.

Offert. 8.



Secret.

OBlatiónibus nostris, quaésumus Dómine, placátus inténde : ut Mártyrum tuórum interveniénte suffrágio, grátiae tuae nobis dona concílient. Per Dóminum.

Comm. 1.

Postcommunion.

CAeléstì convívio refécti, quaésumus, Dómine Deus noster : ut, intercedéntibus beátis Martýribus tuis Joánne et Thoma, ad eórum consórtium perveníre mereámur. Per Dóminum.

AT SECOND VESPERS.

All from the Common of Martyrs except :

℣. In patiéntia véstra.
℟. Possidébitis ánimas véstras.

Cant. Magníficat. 1. D. — *Prayer*. Deus, qui beátos. *p. 2.*

WESTMONASTERIEN.

Concordat cum originali approbato.

In fidem, etc.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 11 Junii 1937.

HENRICUS DANTE,
S. R. C. Subst.

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 18 Junii 1937.

J. LECOUVET, Vic. Gen.

Imprimé en Belgique par la Société S. Jean l'Évangéliste, DESCLÉE & Cie, Tournai. — 4400